

# Les loisirs des Romains



Illustration de la page de garde :

Théâtre romain de Sabratha (Libye)  
[photo de Claude Aubert, 13.3.2007]

## **Dossier établi par Claude Aubert (2018)**

Les textes et les préparations sont téléchargeables sur le site :  
<https://www.douziemeheure.ch/2/>

Les photos et captures d'écran sans référence ont été faites par Claude Aubert

### **Table des matières**

<b>Textes</b>		page
Séance 1	Loisirs et vacances	3
Séance 2	Les rues de Rome	8
Séance 3	Les bains et les bruits	14
Séance 4	Les jeux de l'arène	19
Séance 5	Jugements critiques	24
Séance 6	Pot-pourri	28

### **Vocabulaires** (dans un fascicule séparé)

Séance 1	Loisirs et vacances	1
Séance 2	Les rues de Rome	7
Séance 3	Les bains et les bruits	15
Séance 4	Les jeux de l'arène	22
Séance 5	Jugements critiques	29
Séance 6	Pot-pourri	36

# Les loisirs des Romains

## Séance 1

### Loisirs et vacances

#### La nécessité du délassement

*Sénèque : De Tranquillitate Animi (XVII)*

*Voilà des considérations du philosophe Sénèque dont notre époque ferait bien de s'inspirer.*

[4] Nec in eadem **intentione** aequaliter retinenda mens est, sed ad **jocos** devocanda. Cum puerulis Socrates ludere non **erubescibat**, et Cato vino **laxabat** animum curis publicis fatigatum, et Scipio triumphale illud ac militare corpus movebat ad **numeros**, non molliter se **infringens**, ut nunc mos est etiam incessu ipso ultra muliebrem mollitiam **fluentibus**, sed ut antiqui illi viri solebant inter lusum ac festa tempora virilem in modum **tripudiare**, non facturi **detrimentum** etiam si ab hostibus suis spectarentur.

[5] Danda est animis **remissio** : meliores acrioresque requieti surgent. Ut fertilibus agris non est imperandum (**cito** enim illos **exhauriet** numquam intermissa fecunditas), ita animorum impetus assiduus labor franget ; vires recipient paulum **resoluti** et remissi. Nascitur ex assiduitate laborum animorum **hebetatio** quaedam et languor.

[6] Nec ad hoc tanta hominum **cupiditas** tenderet, nisi naturalem quandam voluptatem haberet lusus jocusque. Quorum frequens usus omne animis pondus omnemque vim eripiet : nam et somnus **refectioni** necessarius est, hunc tamen si per diem noctemque continues, mors erit. Multum **interest**, **remittas** aliquid an **solvas**.

[7] Legum conditores festos instituerunt dies ut ad **hilaritatem** homines publice cogentur, **tamquam** necessarium laboribus interponentes **temperamentum**, et magni iudicii viri quidam sibi **menstruas** certis diebus **ferias** dabant, quidam **nullum non** diem inter otium et curas dividebant. Qualem **Pollionem Asinium** oratorem magnum meminimus, quem nulla res ultra **decimam** detinuit : ne epistulas quidem post eam horam legebat, ne quid novae curae nasceretur, sed totius diei lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die **interjunxerunt** et in postmeridianas horas aliquid levioris operae distulerunt. Majores quoque nostri novam **relationem** post horam decimam in senatu fieri vetabant. Miles **vigilias** dividit, et nox **immunis** est ab expeditione redeuntium.

[8] **Indulgendum** est animo dandumque **subinde** otium, quod alimenti ac virium **loco sit**. Et in ambulationibus apertis vagandum, ut caelo libero et multo **spiritu** augeat attollatque se animus ; aliquando **vectatio** iterque et mutata regio vigorem dabunt, **convictusque** et **liberalior** potio. Nonnumquam et usque ad ebrietatem veniendum, non ut **mergat** nos, sed ut **deprimat** : **eluit** enim curas et ab imo animum **movet** et, ut morbis quibusdam, ita tristitiae **medetur**. **Liberque** non ob licentiam linguae dictus est inventor vini, sed quia liberat **servitio** curarum animum et **asserit vegetatque** et audaciorum in omnes conatus facit.

## Les animaux domestiques

*Est-il besoin de rappeler dans ce chapitre deux textes que nous avons lus l'année passée dans notre thématique de l'**Africa** : le lion d'Androclès et le dauphin d'Hippone ?*

### Le moineau de Lesbie

#### *Catulle : Poème 3*

*Ce poème est versifié en hendécasyllabes phaléciens.*

Lugete, o **Veneres** Cupidinesque,  
et quantum est hominum **venustiorum** :

**passer** mortuus est meae **puellae**,  
 passer, deliciae meae puellae,  
 quem plus illa oculis suis amabat. 5  
 Nam **mellitus** erat suamque **norat**  
 ipsam tam bene quam puella matrem,  
 nec sese a **gremio** illius movebat,  
 sed **circumsiliens** modo huc modo illuc  
 ad solam dominam usque **pipiabat**. 10  
 Qui nunc it per iter tenebricosum  
 illuc, unde negant redire quemquam.  
 At vobis male sit, malae tenebrae  
**Orci**, quae omnia bella devoratis :  
 tam bellum mihi passerem abstulistis. 15  
 O factum male! O **miselle** passer!  
 Tua nunc **opera** meae puellae  
 flendo **turgiduli** rubent **ocelli**.

## Le corbeau du cordonnier

*Pline l'Ancien : Histoire Naturelle (X, 121-122)*

Reddatur et corvis sua **gratia**, indignatione quoque populi Romani **testata**, non solum **conscientia**. Tiberio principe ex **fetu** supra **Castorum** aedem genito **pullus** in adpositam **sutrinam** devolavit, etiam **religione** commendatus officinae domino. Is mature **sermoni** adsuefactus, omnibus matutinis evolans in **rostra** in forum versus, Tiberium, dein **Germanicum et Drusum Caesares** nominatim, mox transeuntem populum Romanum salutabat, postea ad tabernam **remeans**, plurium annorum adsiduo officio mirus. Hunc sive **aemulatione** vicinitatis **manceps** proximae sutrinae sive iracundia subita, ut voluit videri, excrementis ejus posita **calceis macula**, **exanimavit**, tanta plebei **consternatione**, ut primo pulsus ex ea regione, mox **interemptus** sit, funusque **aliti** innumeris celebratum **exequiis** [...].



*Le corbeau revient au crépuscule chez le cordonnier [capture d'écran du film **La Genèse** d'Ermanno Olmi]*

## **La vie au quotidien**

### **La journée d'un vieillard**

***Sénèque : Lettres à Lucilius (X, 83)***

*Le philosophe Sénèque adresse ces mots à son ami Lucilius lorsqu'il est sexagénaire.*

(3) Hodiernus dies **solidus** est, nemo ex illo quicquam mihi eripuit ; totus inter **stratum** lectionemque divisus est ; minimum exercitationi corporis datum, et **hoc nomine** ago gratias senectuti : non **magno** mihi **constat**. Cum me movi, lassus sum ; hic autem est exercitationis etiam fortissimis finis.

(4) **Progymnastas** meos quaeris? Unus mihi **sufficit** Pharius, puer, ut scis, amabilis, sed mutabitur : jam aliquem **teneriorem** quaero. Hic quidem ait nos eandem crisin habere, quia utrique dentes cadunt. Sed jam vix illum **adsequor** currentem et intra paucissimos dies non potero : vide quid exercitatio cotidiana **proficiat**. Cito magnum intervallum fit inter duos in diversum euntes : eodem tempore ille ascendit, ego descendo, nec ignoras quanto ex his velocius alterum fiat. Mentitus sum ; jam enim aetas nostra non descendit sed cadit.

(5) Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit quaeris ? Quod raro cursoribus evenit, **hieran** fecimus. Ab hac fatigatione magis quam exercitatione in **frigidam** descendi : hoc apud me vocatur parum **calda**. Ille tantus **psychrolutes**, qui kalendis Januariis **Euripum** salutabam, qui anno novo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic **auspicabar** in **Virginem** desilire, primum ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc **solium** quod, cum fortissimus sum et omnia **bona fide** fiunt, sol temperat : non multum mihi ad **balneum** superest.

(6) Panis deinde siccus et sine **mensa prandium**, post quod non sunt lavandae manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti : brevissimo somno utor et quasi **interjungo** ; satis est mihi **vigilare** desisse ; aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor.

(7) Ecce circensium **obstrepiit** clamor ; subita aliqua et universa voce feriuntur aures meae, nec cogitationem meam **excutiunt**, ne interrumpunt quidem. Fremitum patientissime fero ; multae voces et in unum confusae **pro** fluctu mihi sunt aut vento silvam **verberante** et ceteris sine **intellectu** sonantibus.

# Les loisirs des Romains

## Séance 2

### Les rues de Rome

*Voici deux satires très savoureuses, même si elles sont d'un accès relativement difficile pour le latiniste actuel, généralement habitué à une langue littéraire, et non pas à la langue courante, qu'il connaît fort peu, ni à l'abondant vocabulaire du parler quotidien du petit peuple.*

*Les Romains aimaient les "passegiate" diurnes dans les rues de leur capitale et les retours nocturnes de soirées amicales. Mais quels risques ! Par exemple, celui de tomber sur un fâcheux qui leur collait aux basques et dont il était impossible de se débarrasser...*

### Le fâcheux

#### *Horace : Satire I, IX*

Ibam forte Via Sacra, sicut meus est mos,  
nescio quid meditans **nugarum**, totus in illis :  
accurrit quidam notus mihi nomine tantum  
arreptaque manu : "**Quid agis**, dulcissime **rerum** ?"  
"Suaviter, **ut nunc est**," inquam "et cupio omnia quae vis." 5  
Cum **adsectaretur**, "**Numquid vis ?**" **occupo**. At ille :  
"**Noris** nos" inquit ; "Docti sumus." Hic ego : "**Pluris**  
hoc" inquam "mihi eris." **Misere** discedere quaerens  
**ire modo ocius, interdum consistere**, in aurem  
**dicere** nescio quid **puero**, cum sudor ad **imos** 10



**manaret talos.** "O te, **Bolane, cerebri**  
 felicem" aiebam tacitus, cum quidlibet ille  
**garriret, vicos,** urbem laudaret. Ut illi  
 nil respondebam, "Misere cupis" inquit "abire :  
**jamdudum** video ; sed **nil agis : usque** tenebo ; 15  
 persequar hinc quo nunc iter est tibi." "Nil opus est te  
**circumagi** : quendam volo visere non tibi notum ;  
 trans Tiberim longe **cubat** is prope Caesaris hortos."  
 "Nil habeo quod agam et non sum piger : **usque** sequar te."

**Demitto auriculas,** ut **inique mentis** asellus, 20  
 cum gravius dorso subiit onus. Incipit ille :  
 "Si bene me novi, non **Viscum pluris** amicum,  
 non **Varium** facies ; nam quis me scribere plures  
 aut **citius** possit versus ? Quis membra movere  
 mollius ? Invideat **quod** et **Hermogenes** ego canto." 25  
**Interpellandi** locus hic erat : "Est tibi mater,  
**cognati, quis** te salvo **est opus** ?" "Haud mihi quisquam.  
 Omnes **composui.**" "Felices. Nunc ego resto.  
**Confice** ; namque **instat** fatum mihi triste, **Sabella**  
 quod puero cecinit divina mota **anus** urna : 30  
 "Hunc neque **dira** venena nec hosticus **auferet ensis**  
 nec **laterum dolor** aut tussis nec **tarda podagra** :  
**garrulus** hunc **quando** consumet **cumque** : **loquaces,**  
 si **sapiat,** vitet, **simul atque** adoleverit aetas."

Ventum erat ad **Vestae,** quarta jam parte diei 35  
 praeterita, et casu tum respondere **vadato**  
 debebat, quod ni fecisset, perdere **litem.**  
 "Si me amas," inquit "paulum hic **ades.**" "Inteream, si  
 aut **valeo** stare aut novi civilia jura ;  
 et propero quo scis." "Dubius sum, quid faciam", inquit, 40  
 "tene relinquam an rem." "Me, **sodes.**" "Non faciam" ille,  
 et praecedere coepit ; ego, ut **contendere** durum  
 cum victore, sequor. "**Maecenas** quomodo tecum ?"



*Une armée défile sur la Via Sacra et passe devant le temple rond de Vesta [capture d'écran du film **La Chute de l'Empire Romain** d'Anthony Mann]*

hinc **repetit**. "**Paucorum hominum** et mentis bene sanae.  
 Nemo dexterius fortuna est usus. Haberes 45  
 magnum **adjutorem**, posset qui **ferre secundas**,  
**hunc** hominem velles si tradere : **dispeream, ni**  
**summos** omnes" "Non isto vivimus **illic**,  
 quo tu **rere**, modo ; domus hac nec purior ulla est  
 nec magis his **aliena** malis ; nil mi **officit**, inquam, 50  
**ditior** hic aut est quia doctior ; est locus uni  
 cuique suus." "Magnum narras, vix credibile." "Atqui  
**sic habet**." "**Accendis** quare cupiam magis illi  
 proximus esse." "Velis **tantummodo** : **quae tua virtus**,  
**expugnabis** : et est qui vinci possit eoque 55  
 difficiles aditus primos habet." "**Haud mihi dero** :  
 muneribus servos corrumpam ; non, hodie si  
 exclusus fuero, **desistam** ; **tempora** quaeram,  
 occurram in **triviis**, **deducam**. Nil sine magno  
 vita labore dedit mortalibus." Haec dum **agit**, ecce 60  
 Fuscus Aristius **occurrit**, mihi carus et illum  
 qui **pulchre** nosset. **Consistimus** : "Unde venis et

quo tendis ?” rogat et respondet. **Vellere** coepi  
et **prensare** manu **lentissima** brachia, **nutans**,  
**distorquens** oculos, ut me eriperet. **Male salsus** 65  
ridens dissimulare ; meum **jecur urere bilis**.  
”Certe nescio quid secreto velle loqui te  
aiebas mecum.” ”Memini bene, sed meliore  
tempore dicam ; hodie **tricesima, sabbata: vin** tu  
**curtis** Judaeis **oppedere** ?” ”Nulla mihi” inquam 70  
”**religio** est.” ”At **mi** : sum paulo infirmior, unus  
multorum. Ignosces ; **alias** loquar.” **Huncine** solem  
tam **nigrum surrexe** mihi ! Fugit **inprobis** ac me  
sub **cultro** linquit. Casu venit obvius illi  
**adversarius** et ”Quo tu, turpissime ?” magna 75  
inclamat voce, et ”Licet **antestari** ?”. Ego vero  
**oppono auriculam**. Rapit in jus ; clamor **utrimque**,  
undique concursus. Sic me **servavit Apollo**.

## Les dangers de la rue

### *Juvénal : Satire III*

*Mais il y avait pire que les fâcheux : la rue est dangereuse de jour...*

**Raedarum** transitus **arto**  
**vicorum** in **flexu** et stantis **convicia mandrae**  
eripient somnum **Druso vitulisque marinis**.  
Si vocat officium, turba cedente vehetur  
dives et ingenti curret super ora **Liburna** 240  
atque **obiter** leget aut scribet vel dormiet intus ;  
namque facit somnum clausa lectica fenestra.  
Ante tamen veniet : nobis properantibus **obstat**  
unda prior, magno populus premit **agmine lumbos**  
qui sequitur ; **ferit** hic **cubito**, ferit **assere** duro 245

alter, at hic **tignum** capiti **incutit**, ille **metretam**.  
**Pinguia crura luto**, **planta** mox undique magna  
**calcor**, et in digito **clavus** mihi militis haeret.



*Une rue romaine (à Pompéi) étroite et sinueuse [capture d'écran d'un bonus du docu-fiction **Le Dernier Jour de Pompéi** de Marie-Noëlle Himbert]*

Nonne vides quanto celebretur **sportula** fumo ?

Centum convivae, sequitur sua quemque **culina**.

250

**Corbulo** vix ferret tot **vasa** ingentia, tot res  
inpositas capiti, quas recto **vertice** portat  
servulus infelix et cursu ventilat ignem.

Scinduntur tunicae **sartae modo**, longa **coruscat**

**serraco** veniente **abies**, atque altera pinum

255

**plaustra** vehunt ; **nutant** alte populoque **minantur**.

Nam si **procubuit** qui saxa **Ligustica** portat

**axis** et **eversum fudit** super **agmina** montem,  
quid superest de corporibus ? Quis membra, quis ossa  
invenit ? **Obtritum** vulgi perit omne cadaver 260  
more **animae**. [...]

*Et la rue est dangereuse de nuit...*

Respice nunc alia ac diversa pericula noctis :  
quod spatium tectis **sublimibus** unde **cerebrum**  
**testa ferit**, quotiens **rimosa** et **curta** fenestris 270  
vasa **cadant**, quanto percussum pondere **signent**  
et laedant **silicem**. Possis **ignavus** haberi  
et subiti **casus improvidus**, ad cenam si  
**intestatus** eas : adeo tot **fata**, quot illa  
nocte **patent vigiles** te **praetereunte** fenestrae. 275  
Ergo optes votumque feras miserabile tecum,  
ut sint contentae **patulas defundere pelves**.

**Ebrius** ac **petulans**, qui nullum forte cecidit,  
**dat poenas**, noctem patitur **lugentis** amicum  
**Pelidae**, **cubat** in faciem, mox deinde **supinus** : 280  
ergo non aliter poterit dormire ; quibusdam  
somnum rixa facit. Sed quamvis **improbis** annis  
atque **mero fervens**, **cavet** hunc quem **coquina laena**  
vitari jubet et comitum longissimus ordo,  
multum praeterea flammaram et **aenea lampas**. 285

Me, quem luna solet **deducere** vel breve lumen  
**candelae**, cujus **dispenso** et **tempero filum**,  
contemnit. Miserae cognosce **prohoemia** rixae,  
si rixa est, ubi **tu pulsas**, ego **vapulo tantum**.  
Stat contra starique jubet. Parere necesse est ; 290  
nam quid agas, cum te furiosus **cogat** et idem  
fortior ?

# Les loisirs des Romains

## Séance 3

### Les bains et les bruits

#### Le luxe insolent des bains actuels

*Sénèque : Lettres à Lucilius (LXXXVI)*

*Le philosophe Sénèque, revenant d'une visite de la villa dans laquelle le fameux général Scipion l'Africain (236 – 183 av. J.C.), vainqueur d'Annibal à la bataille de Zama, s'était exilé à Linterne (Campanie) à la fin de sa vie, compare la frugalité des anciens pour se laver dans leur modeste salle de bain aux excès de luxe de ses contemporains aimant se prélasser dans leurs luxueux thermes personnels ; et, en bon philosophe, il condamne ces comportements.*

(4) Vidi [...] **balneolum angustum**, tenebricosum ex consuetudine antiqua : non videbatur majoribus nostris caldum nisi obscurum. (5) Magna ergo me voluptas **subiit** contemplantem mores Scipionis ac nostros : in hoc **angulo** ille "Carthaginis horror", cui Roma debet quod **tantum semel** capta est, **abluebat** corpus laboribus rusticis fessum [...].

At nunc quis est qui sic lavari **sustineat** ? (6) Pauper sibi videtur ac sordidus nisi **parietes** magnis et pretiosis **orbibus refulserunt** [...], nisi **Thasius** lapis [...] piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora **exsaniata demittimus**, nisi aquam argentea **epitonia** fuderunt. (7) Et adhuc plebeias **fistulas** loquor : quid cum ad balnea **libertinorum** pervenero ? Quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum **impensae** causa ! Quantum aquarum per gradus cum **fragore labentium** ! Eo deliciarum pervenimus ut nisi **gemmas calcare** nolimus.

(8) In hoc balneo Scipionis minimae sunt **rimae** magis quam fenestrae muro **lapideo exsectae**, ut sine **injuria munimenti** lumen admitterent ; at nunc **blattaria** vocant balnea, si **qua** non ita **aptata** sunt ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi et **lavantur** simul et **colorantur**, nisi ex **solio** agros ac maria **prospiciunt** [...]. (9) At olim et pauca erant balnea nec ullo **cultu** exornata [...]. (10) Sed, di boni, quam juvat illa balnea intrare obscura et **gregali tectorio inducta**, quae scires Catonem tibi aedilem aut Fabium Maximum aut ex Corneliis aliquem manu sua **temperasse** ! Nam hoc quoque nobilissimi aediles **fungebantur** officio intrandi ea loca quae populum **receptabant exigendique munditias** et utilem ac salubrem temperaturam, non hanc quae nuper inventa est similis incendio, adeo quidem ut **convictum** in aliquo scelere servum vivum lavari oporteat. Nihil mihi videtur **jam interesse**, ardeat balneum an **caleat**. (11) Quantae nunc aliqui **rusticitatis** damnant Scipionem quod non in **caldarium** suum latis **specularibus** diem admiserat, quod non in multa luce **decoquebatur** et exspectabat ut in balneo **concoqueret** ! O hominem **calamitosum** ! Nesciit vivere. Non **saccata** aqua lavabatur, sed saepe **turbida** et, cum plueret vehementius, paene **lutulenta**. Nec multum ejus **intererat** an sic lavaretur ; veniebat enim ut sudorem illic **ablueret**, non ut **unguentum**. (12) Quas nunc quorundam voces futuras credis ? ”Non invideo Scipioni : vere in exilio vixit qui sic lavabatur.” Immo, si scias, non cotidie lavabatur ; nam, ut aiunt qui **priscos** mores urbis tradiderunt, brachia et crura cotidie abluebant, quae scilicet **sordes** opere **collegerant**, ceterum toti **nundinis** lavabantur. Hoc loco dicet aliquis : ”**Liquet** mihi **inmundissimos** fuisse”. Quid putas illos **oluisse** ? Militiam, laborem, virum. Postquam **munda** balnea inventa sunt, **spurciores** sunt.

# Le vacarme des bains

## *Sénèque : Lettres à Lucilius (LVI)*

*Si certains Romains se détendent dans leurs thermes personnels, d'autres souffrent du voisinage des thermes publics.*

(1) Peream si est tam necessarium quam videtur silentium in studia **seposito**. Ecce undique me varius clamor circumsonat : supra ipsum balneum **habito**. Propone nunc tibi omnia genera vocum quae in odium possunt aures adducere : cum fortiores exercentur et manus plumbo graves **jactant**, cum aut **laborant** aut laborantem imitantur, gemitus audio, **quotiens** retentum **spiritum remiserunt**, **sibilos** et acerbissimas respirationes ; cum in aliquem inertem et hac plebeia **unctione** contentum **incidi**, audio **crepitum illisae** manus **umeris**, quae **prout** plana pervenit aut **concava**, ita sonum mutat. Si vero **pilicrepus** supervenit et numerare coepit **pilas**, **actum est**. (2) Adjice nunc **scordalum** et **furem** deprensum et illum cui vox sua in balneo placet, adjice nunc eos qui in piscinam cum ingenti **impulsae** aquae sono saliunt.

*”Outre tout ce monde-là, dont les intonations sont du moins naturelles, représentez-vous le dépilateur qui fait presque continuellement entendre une voix aiguë et criarde pour qu'elle soit davantage remarquée, et ne s'arrête que lorsqu'il a trouvé des aisselles à épiler et un patient à faire crier à sa place. Puis viennent les clameurs diverses des pâtisseries, des charcutiers, des confiseurs, de tous les courtiers de tavernes, qui annoncent chacun sa marchandise avec des cris tout différents.”*

(3) ”O te” inquis ”**ferreum** aut surdum, cui mens inter tot clamores tam varios, tam dissonos **constat**, cum **Chrysippum** nostrum assidua **salutatio** perducit ad mortem.” At mehercules ego istum **fremitem** non magis curo quam fluctum aut **dejectum** aquae, quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod **fragorem** Nili cadentis ferre non potuit.



# L'ambiance dans les théâtres

## *Plaute : Poenulus*

*Mais il n'y avait pas que dans les thermes où le bruit était gênant. Avant qu'une pièce de théâtre commence, le personnage du prologue réclamait le silence à un public agité :*



*Scène et mur de scène du théâtre romain d'Aspendos [Turquie], bien postérieur à l'époque de Plaute*

**Scortum exoletum** ne **quis** in **proscenio**

sedeat, neu lictor verbum aut **virgae muttiant**,

neu **dissignator** praeter os **obambulet**

neu **sessum** ducat, dum **histrio** in scaena **siet**. 20

Diu qui domi **otiosi** dormierunt, decet

**animo aequo** nunc stent, vel dormire **temperent**.

Servi ne **obsideant**, liberis ut sit locus,

vel **aes** pro capite dent ; si id facere non **queunt**,

domum abeant, vitent **ancipiti** infortunio 25

ne et hic **varientur** virgis et **loris** domi,

si minus **curassint**, **quom eri** reveniant domum.

**Nutrices** pueros infantes **minutulos**

domi ut **procurent** neve spectatum adferant,

ne et ipsae **sitiant** et pueri pereant fame

30

neve **esurientes** hic quasi **haedi obvagian**t.

Matronae tacitae spectent, tacitae rideant,

**canora** hic voce sua **tinnire** temperent,

domum **sermones fabulandi** conferant,

ne et hic viris sint et domi **molestiae**.

35

Quodque ad ludorum **curatores attinet**,

ne **palma** detur **quoiquam artifici injuria**

neve **ambitionis** causa **extrudantur foras**,

quo **deteriores** anteponantur bonis.

Et hoc quoque etiam, quod paene oblitus fui :

40

dum ludi fiunt, in **popinam, pedisequi**,

inruptionem facite.

## Néron chante au théâtre

*Suétone : Néron (XX)*

*Dans les théâtres, il n'y a pas que des bruits dissonants.*

(1) Inter ceteras **disciplinas** pueritiae tempore **imbutus et** musica, statim ut imperium **adeptus** est, Terpnium citharoedum **vigentem** tunc **praeter** alios **arcessiit** diebusque continuis post cenam canenti in multam noctem **assidens** paulatim et ipse **meditari** exercerique coepit neque eorum quicquam omittere, quae generis ejus **artifices** vel conservandae vocis causa vel augendae **factitarent** ; sed et **plumbeam chartam supinus** pectore sustinere et **clystere** vomituque purgari et abstinere **pomis** cibisque **officientibus** ; (2) donec **blandiente profectu**, quamquam exiguae vocis et **fuscae**, prodire in scaenam concupiit, **subinde** inter familiares Graecum proverbium jactans occultae musicae nullum esse respectum. (3) Et prodit Neapoli primum ac ne **concusso** quidem repente motu terrae theatro **ante** cantare destitit, **quam incohatum absolvet nomen**.

# Les loisirs des Romains

## Séance 4

### Les jeux de l'arène

#### Une terrible catastrophe

*Tacite : Annales (IV, LXII-LXIII)*

*En 27 après J.C., une catastrophe abominable frappa les passionnés de combats de gladiateurs.*

LXII. [1] M. Licinio L. Calpurnio consulibus, ingentium bellorum **cladem** aequavit **malum** improvisum : ejus initium simul et finis **extitit**. [2] Nam coepto apud **Fidenam** amphitheatro, Atilius quidam **libertini** generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per **solidum subdidit** neque firmis **nexibus ligneam compagem** superstruxit, **ut qui** non abundantia pecuniae nec municipali ambitione, sed in sordidam **mercedem** id negotium quaesivisset. [3] **Adfluxere** avidi talium, **imperitante** Tiberio **procul** voluptatibus habiti, virile ac muliebre **secus**, omnis aetas, ob propinquitatem loci **effusius** ; unde gravior pestis fuit, **conferta mole**, dein **convulsa**, dum **ruit** intus aut in exteriora **effunditur** immensamque vim mortalium, spectaculo **intentos** aut qui circum adstabant, **praeceps** trahit atque **operit**. [4] Et illi quidem quos principium **stragis** in mortem **adflixe**rat, ut tali sorte, **cruciatum effugere** : **miserandi** magis quos **abrupta** parte corporis nondum vita deseruerat ; qui per diem visu, per noctem **ululatibus** et gemitu conjuges aut liberos **noscebant**. [5] Jam ceteri fama **exciti**, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes **lamentari**. [6] Etiam quorum diversa de causa

amici aut **necessarii** aberant, pavere tamen ; **nequedum comperto** quos illa **vis perculisset**, latior ex incerto metus.

LXIII. [1] Ut coepere **dimoveri obruta**, **concursum** ad **exanimos complectentium**, **osculantium** ; et saepe **certamen** si **confusior** facies sed par forma aut aetas errorem **adgnoscentibus** fecerat. [2] **Quinquaginta** hominum milia eo **casu debilitata** vel **obtrita** sunt.

*Bien sûr, Atilius fut exilé et, pour éviter la reproduction d'une telle catastrophe, un sénatus-consulte fut adopté, fixant des conditions strictes pour avoir le droit d'organiser à l'avenir de tel spectacles.*

## Le goût du sang

*Augustin : Confessions (VI, 8)*

*Augustin parle de son ami Alypius : "Nourri par ses parents dans l'enchantement des voies du siècle, loin de les délaïsser, il m'avait précédé à Rome pour y apprendre le droit ; et là, il fut pris d'une étrange passion pour les combats de gladiateurs, et de la façon la plus bizarre".*

Cum enim **aversaretur** et **detestaretur** talia, quidam ejus amici et condiscipuli, cum forte de **prandio** redeuntibus per viam esset, **recusantem** vehementer et resistentem familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium et funestorum ludorum diebus, haec dicentem : "Si corpus meum in locum illum trahitis et ibi **constituitis**, **numquid** et animum et oculos meos in illa spectacula potestis **intendere** ? Adero itaque absens ac sic et vos et illa superabo." Quibus auditis, illi **nihilo setius** eum adduxerunt secum, id ipsum forte explorare cupientes utrum posset efficere.

Quo ubi ventum est et sedibus quibus potuerunt **locati** sunt, **fervebant** omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis **foribus** oculorum interdixit animo ne in tanta mala procederet. Atque utinam et aures obturavisset ! Nam quodam pugnae casu, cum clamor ingens totius populi vehementer eum **pulsasset**, curiositate victus et quasi paratus, quidquid illud esset, etiam visum contemnere et vincere, aperuit oculos, et percussus est graviore vulnere in anima quam ille in corpore quem cernere concupivit, ceciditque miserabilius quam ille quo cadente factus est clamor. Qui per ejus aures intravit

et **reseravit** ejus **lumina** [...]. Ut enim vidit illum sanguinem, **immanitatem** simul **ebibit** et non se avertit, sed fixit aspectum et hauriebat furias et nesciebat, et delectabatur scelere certaminis et **cruenta** voluptate **inebriabatur**. Et non erat jam ille qui venerat, sed unus de turba ad quam venerat, et verus eorum socius a quibus adductus erat. Quid plura? Spectavit, clamavit, **exarsit**, abstulit inde secum **insaniam** qua **stimularetur** redire non tantum cum illis a quibus prius **abstractus** est, sed etiam **prae** illis et alios trahens.



*Spectateurs dans le cirque (détail d'une mosaïque romaine de Gafsa [Musée du Bardo à Tunis])*

## **Rixe de supporters**

***Tacite : Annales (XIV, XVII)***

*Mais de telles passions n'allaient pas sans danger.*

[1] **Sub idem tempus levi** initio atrox caedes orta inter colonos **Nucerinos** Pompeianosque gladiatorio spectaculo, quod Livineius Regulus [...] **edebat**. [2] Quippe **oppidana lascivia in vicem incessentes probra**, dein saxa, postremo ferrum

sumpsere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos spectaculum edebatur. [3] Ergo **deportati** sunt in urbem multi e Nucerinis **trunco** per vulnera corpore, ac plerique liberorum aut parentum mortes **deflebant**.

*L'empereur renvoya le jugement de cette affaire au sénat, et le sénat aux consuls. Le sénat, en ayant été saisi de nouveau, défendit pour dix ans à la ville de Pompéi ces sortes de réunions, et supprima les associations qui s'y étaient formées aux mépris des lois. Livinérius et les autres auteurs de la sédition furent punis de l'exil.*

## Les éléphants dans l'arène

*Pline l'Ancien : Histoire naturelle (VIII, VII)*

*Mais il n'y avait pas que les combats de gladiateurs dans l'arène. On pouvait aussi y voir des chasses.*

[18] Clara est unius e Romanis **dimicatio** adversus elephantum, cum Hannibal captivos nostros dimicare inter sese coegisset. Namque unum qui supererat **objecit** elephanto, et ille **dimitti pactus**, si **interemisset**, solus in harena **congressus** magno Poenorum dolore **confecit**. Hannibal, cum famam ejus dimicationis **contemptum** adlaturam **beluis** intellegeret, equites misit qui abeuntem interficerent. [...] [20] **Pompei** quoque altero consulatu, **dedicatione** templi Veneris Victricis, **viginti** pugnare in circo aut, ut quidam tradunt, XVIII, **Gaetulis** ex adverso **jaculantibus**, mirabili unius dimicatione, qui pedibus **confossis repsit genibus** in **catervas**, abrepta scuta jaciens in **sublime**, quae **decidentia** voluptati spectantibus erant in **orbem** circumacta, velut arte, non furore beluae jacerentur. Magnum et in altero **miraculum** fuit uno ictu occiso ; pilum autem sub oculo **adactum** in **vitalia** capitis venerat. [21] Universi **eruptionem** temptavere, non sine **vexatione** populi, circumdatis **claustris** ferreis. Qua de causa Caesar dictator postea simile spectaculum editurus **euripis** harenam **circumdedit** [...]. Sed **Pompeiani**, amissa fugae spe, misericordiam vulgi **inenarrabili habitu** quaerentes supplicavere quadam sese lamentatione **conplorantes**, tanto populi dolore, ut, **oblitus imperatoris** ac munificentiae honori suo **exquisitae**, flens universus **consurgeret dirasque** Pompeio, quas ille mox **luit, inprecaretur**.

# La naumachie du lac Fucin

## *Suétone : Vie de Claude, XXI*

*Exceptionnellement, on offrait au public des naumachies, qui pouvaient être gigantesques, telle celle que l'empereur Claude fit organiser sur le lac Fucin et qui opposa dix-neuf mille combattants.*

[12] Quin et **emissurus** Fucinum lacum naumachiam ante **commisit**. [13] Sed cum, proclamantibus **naumachiariis** : "Have imperator, morituri te salutant !", respondisset : "Aut non," neque post hanc vocem quasi **venia** data quisquam **dimicare** vellet, diu **cunctatus** an omnes igni ferroque **absumeret**, tandem e sede sua **prosiluit** ac per **ambitum** lacus non sine **foeda** vacillatione discurrens partim minando partim **adhortando** ad pugnam **compulit**. [14] Hoc spectaculo classes **Sicula** et Rhodia concurrerunt, **duodenarum** triremium **singulae**, **exciente bucina Tritone** argenteo, qui e medio lacu per machinam emerserat.

## Les boxeurs

### *Sénèque : Lettres à Lucilius (80)*

*Dans l'arène du cirque ou du stade, on pouvait également voir des combats de boxe très violents, qui inspirent à Sénèque quelques réflexions philosophiques.*

[2] Ecce ingens clamor ex stadio perfertur [...]. Cogito mecum quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci ; quantus ad spectaculum [...] lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo ; quam inbecilli animo sint quorum **lacertos umerosque** miramur. [3] Illud maxime **revolvo** mecum : si corpus perduci exercitatione ad hanc **patientiam** potest qua et **pugnos** pariter et **calces** non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere **sustinens** aliquis et sanguine suo **madens** diem ducat, quanto facilius animus **conroboreari** possit ut fortunae **ictus** invictus **excipiat**, ut **projectus**, ut **conculcatus exsurgat**. Corpus enim multis  **eget**  rebus ut valeat : animus ex se crescit, se ipse **alitur**, se exercet. Illis multo cibo, multa potionem opus est, multo oleo, longa denique **opera** : tibi **continget** virtus sine **apparatu**, sine **impensa**. Quidquid facere te potest bonum tecum est.

# Les loisirs des Romains

## Séance 5

### Jugements critiques

*Paiens ou chrétiens, les moralistes romains portent des jugements sévères sur les plaisirs qui plaisent à l'aristocratie ou au bas peuple.*

#### Comme les jeux sont ennuyeux !

*Cicéron : Ad familiares (VII, I)*

*Cicéron adresse à son ami Marius Marcus quelques considérations désabusées sur des spectacles qu'il a vus au théâtre ou au cirque.*

[2] Quid enim **delectationis** habent **sescenti muli** in **Clytaemnestra** aut in **Equo Trojano creterrarum** tria milia aut **armatura** varia peditatus et equitatus in aliqua pugna ? Quae popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. [...]

[3] Nam **quid** ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris ? In quibus ipse Pompeius confitetur se et operam et **oleum** perdidisse. **Reliquae** sunt **venationes binae** per dies quinque, magnificae, nemo negat ; sed quae potest homini esse **polito** delectatio, cum aut homo **imbecillus** a valentissima bestia **laniatur** aut praeclara bestia **venabulo transverberatur** ? Quae tamen, si videnda sunt, saepe vidisti ; neque nos, qui haec spectamus, quicquam novi vidimus. Extremus elephantorum dies fuit. In quo admiratio magna vulgi atque turbae, delectatio nulla exstitit ; **quin etiam** misericordia quaedam consecuta est atque opinio ejusmodi, esse quandam illi beluae cum genere humano **societatem**.



# La sadique cruauté suprême

## Sénèque : *Lettres à Lucilius* (VII)

*Dans certains cas, au cours des chasses et des jeux de gladiateurs, lors de la pause de midi pendant laquelle la majeure partie des spectateurs s'en allaient pour manger, on organisait d'abominables combats pour distraire les spectateurs restants : on amenait des condamnés à mort, on leur donnait des armes offensives auxquelles ils n'étaient pas entraînés, on les obligeait avec des torches ou à coups de fouet à combattre à mort selon un système de coupe, avec des huitièmes de finale, des quarts de finales, des demi-finales et une finale, dont le vainqueur et unique survivant n'était pas gracié, mais retenu pour participer à la prochaine compétition. Sénèque, qui venait d'assister par hasard à une telle boucherie, raconte à son ami Lucilius combien il en est ressorti profondément choqué.*

[2] Nihil vero tam **damnosum** bonis moribus quam in aliquo spectaculo **desidere** : tunc enim per voluptatem facilius vitia **subrepunt**. [3] Quid me existimas dicere ? **Avarior** redeo, **ambitiosior**, **luxoriosior**, immo vero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui. Casu in **meridianum** spectaculum **incidi**, lusus exspectans et **sales** et aliquid **laxamenti** quo hominum oculi ab humano **cruore** acquiescant. Contra est : quidquid ante pugnatum est **miseriordia** fuit ; nunc omissis **nugis mera** homicidia sunt. Nihil **habent** quo tegantur ; ad **ictum** totis corporibus expositi numquam frustra manum mittunt. [4] Hoc plerique ordinariis **paribus** et **postulaticiis praeferunt**. **Quidni** praeferant ? Non **galea**, non scuto repellitur ferrum. **Quo munimenta** ? quo **artes** ? Omnia ista mortis **morae** sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis **obiciuntur**. Interfectores interfecturis jubent obici et victorem in aliam **detinent** caedem ; **exitus** pugnantium mors est. Ferro et igne res geritur. [5] Haec fiunt dum **vacat** arena. "Sed latrocinium fecit aliquis, occidit hominem." Quid ergo ? Quia occidit, ille meruit ut hoc pateretur : tu quid meruisti miser ut hoc spectes ? "Occide, **verbera, ure** ! Quare tam **timide** incurrit in ferrum ? Quare parum audacter occidit ? Quare parum **libenter** moritur ? **Plagis** agatur in vulnera, mutuos ictus nudis et **obviis** pectoribus **excipiant**." Intermissum est spectaculum : "Interim **jugulentur** homines, ne nihil agatur". Age, ne hoc quidem intellegitis, mala exempla in eos **redundare** qui faciunt ?

# Le snobisme comme loisir

## Sénèque : *De brevitae vitae* (XII et XIII)

*Sénèque critique quelques snobs auxquels leurs passions ridicules servent de loisir : le petit-maître soucieux de sa seule coiffure, l'amateur de banquets somptueux, le délicat, l'érudit compulsif.*

[XII, 3] Quid ? Illos **otiosos** vocas quibus apud **tonsorem** multae horae transmittuntur, dum **decerpitur** si quid proxima nocte **succevit**, dum de **singulis** capillis in consilium itur, dum aut **disjecta coma** restituitur aut **deficiens** hinc atque illinc in frontem **compellitur** ? Quomodo irascuntur, si tonsor paulo negligentior fuit, tamquam virum tonderet ! Quomodo **excandescunt** si quid ex **juba** sua **decisum** est, si quid extra ordinem jacuit, nisi omnia in **anulos suos reciderunt** ! Quis est istorum qui non malit rem publicam turbari quam comam suam ? Qui non **sollicitior** sit de capitis sui **decore** quam de salute ? Qui non **comptior** esse malit quam honestior ? Hos tu otiosos vocas inter **pectinem speculumque** occupatos ? [...]

[5] Convivia **me hercules** horum non posuerim inter **vacantia** tempora, cum videam quam **solliciti argentum ordinent**, quam diligenter **exoletorum** suorum tunicas **succingant**, quam **suspensi** sint quomodo **aper** a **coco** exeat, qua celeritate signo dato **glabri** ad **ministeria discurrant**, quanta arte **scindantur** aves in **frusta** non **enormia**, quam **curiose** infelices pueruli **ebriorum sputa detergeant** : ex his elegantiae **lautitiaeque** fama **captatur** et usque eo in omnes vitae **secessus** mala sua illos sequuntur, ut nec bibant sine **ambitione** nec **edant**.

[6] Ne illos quidem inter otiosos **numeraveris** qui **sella** se et **lectica** huc et illuc ferunt et ad **gestationum** suarum, quasi **deserere** illas non liceat, horas **occurrunt**, quos quando lavari debeant, quando natate, quando cenare alius admonet : et usque eo **nimio** delicati animi languore **solvuntur** ut per se scire non possint an **esuriant**. [7] Audio quendam ex delicatis (si modo deliciae vocandae sunt vitam et consuetudinem humanam **dediscere**), cum ex balneo inter manus **elatus** et in sella positus esset, dixisse interrogando : "Jam sedeo ?". Hunc tu ignorantem an sedeat putas scire an vivat, an videat, an otiosus sit ? [...] [8] [...] Quaedam vitia illos quasi felicitatis **argumenta** delectant ; nimis humilis et **contempti** hominis videtur scire quid facias : i nunc et

**mimos** multa mentiri ad **exprobrandam luxuriam** puta. Plura me hercules **praetereunt** quam fingunt et tanta incredibilium vitiorum copia ingenioso in hoc unum saeculo processit, ut jam mimorum **arguere** possimus negligentiam. Esse aliquem qui usque eo deliciis **interierit** ut an sedeat alteri credat ! [9] Non est ergo hic otiosus, aliud illi nomen **imponas** ; aeger est, immo mortuus est ; ille otiosus est cui otii sui et sensus est. Hic vero **semivivus**, cui ad intellegendos corporis sui **habitus indice** opus est, quomodo potest hic ullius temporis dominus esse ? [...]

[XIII, 1] De illis nemo dubitabit quin **operose** nihil agant, qui litterarum inutilium studiis **detinentur, quae** jam apud Romanos quoque magna manus est. [2] Graecorum iste **morbis** fuit quaerere quem numerum Ulixes remigum habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssia, praeterea an ejusdem esset auctoris [...]. [3] Ecce Romanos quoque invasit inane studium **supervacua** discendi.

## Les multiples propriétés luxueuses

### *Sénèque : Lettres à Lucilius (LXXXIX)*

*Un des loisirs favoris des richissimes Romains, c'était d'édifier sans cesse de nouvelles villas luxueuses dans les sites les plus improbables. Dans une de ses lettres, Sénèque affecte de les interpellier.*

[21] Nunc vobiscum loquor quorum aequae **spatiose** luxuria quam illorum avaritia **diffunditur**. Vobis dico : **quousque** nullus erit lacus cui non villarum vestrarum **fastigia immineant** ? nullum flumen cuius non ripas aedificia vestra **praetexant** ? **Ubicumque scatebunt** aquarum calentium venae, ibi nova **deversoria** luxuriae **excitabuntur**. Ubicumque in aliquem **sinum** litus **curvabitur**, v o s **protinus** fundamenta jacietis, nec contenti **solo** nisi quod manu feceritis, mare agetis **introrsus**. Omnibus licet locis tecta vestra resplendeant, **aliubi** inposita montibus in vastum terrarum marisque **prospectum, aliubi** ex plano in altitudinem montium **educta**, cum multa aedificaveritis, cum ingentia, tamen et singula corpora estis et parvula. Quid prosunt multa **cubicula** ? In uno jacetis.

# Les loisirs des Romains

## Séance 6

### Pot-pourri

*Pour conclure ce florilège d'extraits sur les loisirs des Romains, nous regrouperons dans une ultime séance des textes sur des thèmes divers.*

#### La frénésie des voyages

*Sénèque : De Tranquillitate Animi (II)*

*Pour commencer, voici quelques réflexions du moraliste Sénèque sur ceux qui passent une part importante de leur vie à faire du tourisme.*

[12] Quod proprium aegri est, nihil diu pati et **mutationibus** ut remediis uti. [13] Inde **peregrinationes suscipiuntur vagae** et litora **pererrantur** et modo mari se, modo terra experitur semper **praesentibus infesta levitas** : "Nunc Campaniam petamus." Jam **delicata fastidio** sunt : "**Incultas** videantur, **Bruttios** et Lucaniae **saltus persequamur**." Aliquid tamen inter deserta **amoeni** requiritur, in quo **luxuriosi** oculi longo locorum **horrentium squalore releventur** : "Tarentum petatur laudatusque portus et **hiberna caeli mitioris** [...]. Jam **flectamus** cursum ad Urbem : nimis diu a plausu et fragore aures vacaverunt, **juvat** jam et humano sanguine frui." [14] Aliud ex alio iter **suscipitur** et spectacula spectaculis mutantur. Ut ait Lucretius : "Hoc se quisque modo semper fugit". Sed quid prodest, si non **effugit** ? Sequitur se ipse et **urget** gravissimus **comes**. [15] Itaque scire debemus non locorum vitium esse quo **laboramus**, sed nostrum : **infirmi** sumus ad omne tolerandum, nec laboris **patientes** nec voluptatis nec nostri nec ullius rei diutius.

Voici maintenant deux extraits qui nous montrent les pratiques des Romains pour les jours de fêtes.

## Le premier janvier

**Ovide : Fastes (I, 171-226)**

Dans l'un de ces textes, pour la date du premier jour de l'an, le poète imagine que Janus, le vieux dieu des portes, qui a donné son nom au mois de janvier, lui apparaît et lui explique les raisons des rites de ce jour, non sans critiquer l'évolution de la société contemporaine, devenue matérialiste et avide d'argent.

Mox ego : "Cur, **quamvis** aliorum **numina** placem,  
Jane, tibi primum **tura merumque** fero ?"  
"Ut possis aditum per me, qui **limina** servo,  
ad quoscumque voles" inquit "habere deos."  
"At cur laeta tuis dicuntur verba Kalendis, 175  
et damus alternas accipimusque **preces** ?"  
Tum deus **incumbens baculo**, quod dextra gerebat,  
"**Omina principiis**" inquit "**inesse** solent.  
Ad primam vocem **timidas** advertitis aures,  
et visam primum consulit augur avem. 180  
Templa patent auresque deum, nec lingua **caducas**  
concipit ulla preces, dictaque pondus habent."  
Desierat Janus. Nec longa silentia feci,  
sed tetigi verbis ultima verba meis :  
"Quid volt **palma** sibi **rugosaque carica**" dixi 185  
"et data sub **niveo** candida **mella cado** ?"  
"Omen" ait "causa est, ut res sapor ille sequatur  
et peragat coeptum dulcis ut annus iter."  
"Dulcia cur dentur video : **stipis adice** causam,  
pars mihi de festo ne **labet** ulla tuo." 190  
Risit, et "O quam te fallunt tua saecula" dixit,  
"qui stipe mel sumpta dulcius esse putas ! [...]"

*Suit une évocation des temps anciens, où les gens vivaient simplement et se contentaient de peu.*

In pretio pretium nunc est : dat **census** honores,  
census amicitias ; pauper ubique jacet.  
Tu tamen auspiciam si sit stipis utile quaeris,  
curque **juvent** nostras **aera** vetusta manus ? 220  
Aera dabant olim : melius nunc omen in auro est,  
victaque concessit **prisca** moneta novae.  
Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,  
aurea : majestas convenit ipsa deo.  
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis : 225  
mos tamen est aequè dignus uterque **coli.**”

## Les Saturnales

### *Sénèque : Lettres à Lucilius (XVIII)*

*À l'autre bout de l'année, dans la période qui précède Noël maintenant, la publicité se déchaîne plusieurs semaines avant le 25 décembre et les gens se ruent en masse dans les magasins ; de même chez les Romains, les Saturnales, fêtées au solstice d'hiver, déclenchaient une débauche d'activité et de préparatifs.*

[1] December est mensis : **cum maxime** civitas **sudat**. Jus **luxuriae** publice datum est ; ingenti **apparatu** sonant omnia, tamquam quicquam inter Saturnalia **intersit** et dies rerum agendarum ; adeo nihil interest, ut non videatur mihi errasse qui dixit olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum.

*Voici maintenant un texte qui nous montre la passion que nourrissait Néron pour les courses de chars.*

# Un empereur passionné

## Suétone : Néron (XXII)

*Dès son plus jeune âge, Néron était passionné non seulement par le chant, mais aussi par les courses de chars.*

[1] Equorum **studio** vel praecipue ab **ineunte** aetate **flagravit plurimusque illi sermo**, quamquam vetaretur, de circensibus erat ; et quondam tractum **prasinum agitorem** inter condiscipulos **querens, objurgante** paedagogo, de Hectore se loqui ementitus est.



*Un cocher traîné dans l'arène (capture d'écran du film **Ben Hur** de William Wyler [1959])*

[2] Sed cum inter initia imperii **eburneis** quadrigis cotidie in **abaco** luderet, ad omnes etiam minimos circenses e **secessu commeabat**, primo **clam**, deinde **propalam**, ut nemini dubium esset eo die utique affuturum. [3] Neque dissimulabat velle se **palmarum** numerum **ampliari** ; quare spectaculum multiplicatis **missibus** in **serum protrahebatur**, ne dominis quidem jam factionum dignantibus nisi ad totius diei cursum **greges** ducere. [4] Mox et ipse **aurigare** atque etiam spectari saepius voluit, **posito**que in hortis inter servitia et sordidam plebem **rudimento**, universorum se oculis in Circo Maximo praebuit, aliquo **liberto** mittente **mappam** unde magistratus solent.

*Et finalement voilà le terrible récit d'un assassinat sournois.*

# Un accident de chasse

## *Apulée : Les Métamorphoses (VIII, IV-V)*

La jeune et jolie Charité a épousé Tlépolème, qui l'avait sauvée lorsqu'elle était prisonnière d'une bande de brigands. Un autre prétendant de la belle, Thrasylle, ne peut pas accepter d'avoir été éconduit et guette toutes les occasions de faire du mal à son rival.



Scène de chasse de petit gibier (mosaïque d'El Djem [Musée du Bardo / Tunis])

IV. [1] Die quadam **venatum** Tlepolemus **assumpto** Thrasyllo petebat **indagaturus** **feras**, quod tamen in **capreis feritatis** est ; nec enim Charite maritum suum quaerere patiebatur bestias armatas dente vel cornu. [2] Jamque apud **frondosum** tumulum **ramorumque** densis **tegminibus** umbrosi **prospectu** **vestigatorum** **obseptis**



capreis, [3] **canes** venationis **indaginis generosae**, **mandato cubili residentes** invaderent bestias, immittuntur statimque **sollertis disciplinae** memores **partitae** totos **praecingunt aditus** tacitaque prius **servata mussitatione**, signo sibi **repentino** reddito, **latratibus fervidis** dissonisque miscent omnia. [4] Nec ulla caprea nec pavens **dammula** nec **prae** ceteris feris **mitior cerva**, sed **aper** immanis atque **invisitatus** exsurgit [...]. [5] Et primum quidem canum **procaciores**, quae **comminus** contulerant **vestigium**, **genis** hac illac jactatis **consectas** interficit, dein **calcata retiola**, qua primos impetus reducerat, **transabiit**.

V. [1] Et **nos** quidem cuncti pavore **deterriti** et **alioquin innoxiiis venationibus** consueti, tunc etiam **inermes** atque **immuniti tegumentis frondis** vel arboribus **latenter** abscondimus. [2] Thrasyllus vero **nactus** fraudium opportunum **decipulum** sic Tlepolemmum **captiose compellat**: [3] "Quid stupore confusi vel etiam **cassa formidine** similes **humilitati** servorum istorum vel in modum pavoris feminei **dejecti** tam **opimam** praedam mediis manibus amittimus? [4] **Quin** equos **inscendimus**? **Quin ocius indipiscimur**? En cape **venabulum** et ego sumo lanceam". [5] Nec **tantillum** morati **protinus** insiliunt equos ex summo studio bestiam insequentes. [6] Nec tamen illa **genuini** vigoris **oblita retorquet** impetum et incendio feritatis ardescens dentium **compulsu** quem primum **insiliat cunctabunda rimatur**. [7] Sed prior Tlepolemus **jaculum**, quod gerebat, **insuper** dorsum bestiae **contorsit**. At Thrasyllus ferae quidem pepercit, sed equi, quo vehebatur Tlepolemus, postremos **poplites** lancea feriens **amputat**. [8] **Quadrupes reccidens**, qua sanguis **effluxerat**, toto tergo **supinatus invitus** dominum suum **devolvit** ad terram. [9] Nec diu, sed eum furens aper invadit jacentem ac primo **lacinias** ejus, mox ipsum **resurgentem** multo dente **laniavit**. Nec coepti **nefarii** bonum **piguit** amicum vel suae saevitiae **litatum saltem** tanto periculo cernens potuit expleri, [10] sed **percito** atque **plagoso** ac frustra vulnera **contegenti** suumque auxilium miseriter roganti per **femur** dexterum **dimisit** lanceam tanto ille quidem **fidentius**, quanto crederet ferri vulnera similia futura **prosectu** dentium. [11] **Nec non** tamen ipsam quoque bestiam facili manu **transadigit**.

*Sans attendre que le deuil se termine, Thrasyllus recommence à courtiser la femme du défunt. Mais, en rêve, elle a vu son mari décédé, qui lui a raconté tous les détails de l'attentat. Elle décide de le venger : elle feint de céder aux avances de Thrasyllus et le fait droguer par sa nourrice, puis elle lui crève les yeux avec son épingle à cheveux. Finalement, elle va se suicider sur la tombe de son mari, et l'assassin devenu aveugle en fera de même.*